


venturus est judicare vivos, et mortuos et saeculum per ignem.

R. Amén.

Rociélos con agua bendita.



Bendición del agua contra los insectos y animales nocivos.

V. Adjutorium nostrum, etc.

V. Dominus vobiscum, etc.

Orémus.


BENE⁺DIC, Dómine, hanc creatúram aquæ ut fúgiant locústæ, mûres, vermes, erucæ, ceteraque animália ab hac domo, vel ab ómnibus segétibus, olivétis, hortis, fructibus, vineis, et oléribus nostris, super quibus aspérsa fuérit per Nomen tuum sanctum, Deus Pater omnípotens, et Filii tui Dómini nostri Jesu Christi virtútem, et Sancti

Spíritus bonitatem : quod quidem Nomen sanctum tuum invocatum est super ipsam creatúram tuam ségetum, vineárum, olivetórum, ólerum, et fructuum, ut fiat salubre aliméntum ómnibus qui utúntur illis. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Rociéla con agua bendita.

Bendiciones para animales.



Bendición el dia de S. Antonio Abad.

V. Adjutorium nostrum, etc.

V. Dominus vobiscum, etc.

Orémus.

DEUS, refugium nostrum et virtus, adésto piis Ecclésiae tuæ præcibus, auctor ipse


pietatis, et praesta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Christum Dominum nostrum. **R_v**. Amen.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosum beatum Antonium variis tentationibus probatum inter mundi hujus turbines illas transire fecisti, concede famulis tuis, ut et preclaro ipsius proficiamus exemplo, et a presentis vitae periculis ejus meritis et intercessione liberemur (*vel* liberentur). Per Christum Dominum nostrum. **R_v**. Amen.

Benedictionem tuam, Domine, haec animalia accipient. Per Christum Dominum nostrum.

R_v. Amen.

Rociélos con agua bendita.



Bendición de los animales á quienes invade alguna peste o enfermedad.

Revestido el Sacerdote con sobrepelliz y estola morada, dice :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R_v. Qui fecit, etc.

V. Domine, non secundum peccata nostra facias nobis,

R_v. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

V. Homines et jumenta salvabis, Domine.

R_v. Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, Deus.

V. Aperis tu manum tuam.

R_v. Et imples omne animal benedictio.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R_v. Et clamor, etc.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

DEUS qui labóribus hóminum etiam de mútis animálibus solátia subrogásti, súpplices te rogámus; ut sine quibus non álitur humana condítio, nostris fáciás úsibus non períre. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amén.

Orémus.

MISERICORDIAM tuam, Dómine, súpplices exorámus: ut hæc animália, quæ gravi infirmitáte vexántur, in nómine tuo atque bene⁺ dictiónis virtúte, sanéntur. Extinguátur in eis omnis diabólica potéstan, nec ultérius ægrótent. Tu eis, Dómine, sis defénsor vitæ, remé-

dium sanitatis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : qui tecum, etc.

R. Amen.

Avérte, quæsumus Dómine, á fidélibus tuis cuncta propítius flagélla; et mórborum in animáliasævientium depélle pernícier; ut quos mérito plectis dévios, fóveas tua miseratióne corréctos. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Rociélos con agua bendita.

